



Universitätsbibliothek Paderborn

Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In
Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et
Excessvs Amoris ...

Rodt, Franz Joseph von

Campoduni, 1680

Phe. Expandit Sion manus suas, non est, qui consoletur eam, mandavit
Dominus adversum Jacob in circuitu eius hostes ejus, facta est Jerusalem
quasi polluta menstruis inter eos. Thr. 1. v. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)



DISCVRSVS XXXV.

Phe.

Expandit Sion manus suas, non est, qui
consoletur eam. *Thren. 1. v. 17.*

DE ECCLESIA.

Conqueritur Ecclesia, quòd manus suas orando ad Deum expandat, sed non exaudiat. Et quare non exauditur?

Expandit Sion manus suas. In sensu allegorico hæc intelligenda sunt de Ecclesia, quæ inter cordis angustias, quas oris fatis exprimere non potest, expandit ad Deum tanquam natans in profundis aquarum, manus suas, ab illo opem & consolationem exorans. Sic etiam quondam David de se testabatur: in die tribulationis mee Deum exquisivi manibus meis nocte contra eum. Deum exquisivi (exponit Lyranus) id est, diligenter quasi misericordiam eius per devotam orationem, manibus meis, ad Deum extensis. & non sum deceptus, quia securus est finaliter orationis effectus. Deum etiam in tribulationibus

Expandit Sion manus suas. In sensu allegorico hæc intelligenda sunt de Ecclesia, quæ inter cordis angustias, quas oris fatis exprimere non potest, expandit ad Deum tanquam natans in profundis aquarum, manus suas, ab illo opem & consolationem exorans. Sic etiam quondam David de se testabatur: in die tribulationis mee Deum exquisivi manibus meis nocte contra eum. Deum exquisivi (exponit Lyranus) id est, diligenter quasi misericordiam eius per devotam orationem, manibus meis, ad Deum extensis. & non sum deceptus, quia securus est finaliter orationis effectus. Deum etiam in tribulationibus

Glossa ord.
Expansio manuum qui dicitur notet?

Hug. Card.

Psal. 76. v. 30.
In oratione.

bus cum populo suo afflictissima Ecclesia exquirat per orationem, manibus ad cœlum extensis, sed se de orationis effectu deceptam conqueritur, *expandit enim manus suas; non est, qui consoletur eam.* Quænam ergo sint causa, quare expandentem ad cœlum manus populum afflictum Christianum Deus non soletur & exaudiat, in præsentibus perscrutabimur.

by sinasve corallas, vela, peplaserica, monilia, coronas, similemque ornatum, qui vestibibus affigitur, & applicatur. Hunc deponi ornatum mandat, *ut sciam quid faciam tibi, si te videro humiliatum,* glossatur Lyranus hic.

Magnus in Ecclesia abusus undique conspicitur, quod populus Christianus, nusquam magis, quam eum ad faciendas supplices Deo preces ad templum accedit, se pomposum exhibet, ibi crines discriminati, torques & monilia, coralla, vela, & pepla serica, armilla & inares, annuli & gemina, vitta, calceamenta, & lunula assumuntur, cum omni mundo muliebri, non copiosiores quam in istis templis præcedentiarum competentia suscitantur; miratur hanc precantium turmam Deus.

Quid sibi volunt isti? Domine, populus iste tuus est Christianus, supplex à te veniam rogaturus venit. Quomodo? an supplicantis iste populi incessus? an hæc reorum supplicatio, auro & argento repledens, superbia tumida? *Iam nunc depone ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi, nam (uti Rupertus Abbas commemorat) quamdiu peccator ornatus incedit, pulchram quandam cervicem erigit, &c. quodammodo Deus nescit, quid faciat illi; nescit misericordia, quali aditu*

Pompa in Ecclesie

Impedit, quin Deus exaudiat.

Rupert. Abb l. 4. in Oseam.

ad

II. Primum est, quod apud magnates supplicem libellum porrecturus observare debet, est ipsa submissio, ut nullum humilitatis & submissionis genus intermittat, qui enim sive in verbis, sive in gestibus aut vestitu ornatu elationem prodit, de impetranda gratia parum sperare potest. Humiles oratores divina Majestas requirit, nam teste Ecclesiastico, *oratio humiliantis se, nubes penetrat.* Summa enim illa Majestas, *humilia respicit, & alta à longè cognoscit,* neque aut verbis, aut gestibus aut vestibibus superbum, ad sibi supplicandum venisse præsumit.

Ornatus se debet humiliter.

Eccl. 35. v. 21.

psal. 137. v. 6.

Exod. 33. v. 5.

Ornatus superbus deponendus.

ad illum veniat. Quomodo enim se Dei clementia inclinabit ad erigentes se, quomodo altis & inflatis animis, & vestium pompa, ac precedentia competentia tumidis condescendet? Idcirco (ait Rupertus) *consilium offerens: iam nunc, ait, depone ornatum tuum, ut sciam, quid faciam tibi. id est, humiliare penitendo, ut miseriar tui.* Deus enim humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Hinc itaque contingit, quòd extendit Sion manus suas, & non est, qui consoletur eam.

III.

Alia ratio, quare Deus orantem, & extendentem ad se manus Ecclesiam, & populum Christianum non exaudiat, est ipsa orantium tepiditas, & animi ad alia evagantis distractio.

Quare Seraphicus sermone monet: *valde indecens est, ut quis cum Deo loquatur ore, & aliud meditetur corde; & dimidium cor dirigat in cælum, & dimidium maneat in terra.*

Tali oratio nunquam exauditur à Deo. Vnde super illo verbo psalmista (clamavi in toto corde) dicit glossa: *divisum cor non impetrat, quod petit.* Colligendus ergo animus est, ut non tantum majore cum intentione, sed etiam ardore ad Deum clamet; ardeat orator (docet oratorum gentilium Princeps) *si Iudicem velit accendere.* Si enim ipse orans non habet ardens impetrandi, & petendi desiderium, quomodo in

Cicero l. 2. de oratore.

Deo ardentem poterit invenire exaudiendi voluntatem? *Importunè.* Fer-
 venter ergo & ardentem per orationem interpellandus est Deus, non minus quam Elifæus à Sunamitide, quæ pro resuscitando filio eum exoratur, *4p. 4. Reg. præhendit pedes eius; nec destitit 4. v. 27.* importunis precibus, donec illum cum baculo servum Giezi, & ipse sequeretur. Sic etiam Jacob, luctans cum Angelo, eum dimittere noluit, donec benediceret sibi. Sic cæcus ille in via, licet populo ipsum dehortante, tamen ipse *multò magis clamabat, Iesu fili David, miserere mei.* Sic & mulier Chananæa, quamvis repulsam à Christo passa, nec tamen orare, & post illum instar canis promicis de mensa Domini cadentibus latrare destitit, *permax importunè scribit de ea S. Ambrosius.* Pertinax igitur, & ardens debet esse orans, quamvis enim fortè minus foret exaudiendus à Deo, tamen si perseveraverit pulsans, propter improbitatem eius, surget, & dabit ei. Propter instantiam & ardorem, addit Hugo Card. Cornelius intelligit per improbitatem, impudentiam, inverecondiam, importunitatem, & concludit: *vult enim Deus nos in oratione esse perseverantes usque ad importunitatem, eaque delectatur, vultque nos magno affectu instare, pulsare, urgere, & quasi à Deo*

Importunè.

4p. 4. Reg. 4. v. 27.

Gen. 28. v. 26.

Luc. 18. v. 39.

Matt. 15. v. 22.

S. Ambrosius l. 5. in Luc. can.

Luc. 11. v. 8.

Hugo Card.

Cornelius hic.

Importunè.

cogere Deum ad dandum: Hæc vis grata Deo [ait Tertullianus]. de orat.] qui propter talem petentis importunitatem surget, & dabit illi, quoquot habet necessarios.

IV. Accuratè observat Hugo, quòd Christus panes promittit petenti dandos, quorquot habet necessarios, non autem quotquot petit, aut desiderat: quia Dominus dat ad necessitatem, non ad voluptatem, vel superfluitatem dona sua.

Si œconomus est nimis parcus,

Solent solliciti patres familias, gravioribus occupati negotijs, claves suas pro pane, vino, & alijs alimonijs, credere fidelibus famulis aut famulibus, qui sollicitam gerant curam, ne aliquid aut pereat, aut inutiliter distrahatur, ad hos ergo ipsi recurrunt pro pane filij.

S. Vincent. Ferr. serm. in vigilia palm.

Notat tamen S. Vincentius, quando ille, qui habet claves ad panes, vel vinum, est crudelis filius, & servitoribus Domini, quia non vult eis dare panem, nec porum; remedium, quod habent filij, & servitores, est, recurrere ad patrem: Exponendo scilicet tenacitatem quæstoris, aut œconomi, quem pater non vult taliter sibi utilem, ut parcus, ut in filios sit crudelis, taliterque sibi accrescere vult divitias, ut tamen filijs non desit honesta necessitas. Sic totus mundus (pergit applicando Vincentius) est domus Dei. Ancilla seu captiva, cui Dominus commisit claves panis, vini,

P. Franc. Josephi Op. IV.

& fructuum, est natura; sic enim ordinavit Deus, quòd per manus suas habeamus omnia necessaria vitæ humanæ. Nos verò sumus filij, & servitores Domini, quibus quandoque ancilla ista, id est, natura, est aspera, & dura, & rudis, quia non vult dare vinum, aquam, blada, ideo recurrendum est ad patrem. Et ab ipso accipienda clavis, qua plenam recludendi horrea, & cellaria potestatem habeat. Et quænam hæc clavis? oratio iusti [respondet Augustinus] clavis est cæli, ascendit precatio, & descendit Dei miseratio.

Contingere tamen quandoque potest, quòd neque hac clavi orationis, recludere valeamus horrea, & cellaria, neque œconomia, aut ancilla velit, aut possit dare. Et unde hoc? si subinde filij petulantes, lascivi, impetratâ vel à patre, vel ab œconomia, clave abundanter acceperint panem & vinum, incipiunt superflue comedere, bibere, epulari, percutere se invicem, atque servos, tunc arctius pater recludi facit cellaria, œconomia: manum liberalem, & dandi potestatem restringit, ut sic petulantes & prodigi filij per famem ad se ipsos, & ad patrem redeant. Iam multis ab annis Deus in manu nostra clavem cellariorum vini & frumenti reliquit, & œconomiam naturam, affluenter alimonia

S. Aug. serm. 226. de temp.

Oratio, clavis.

Si donis Dei abundamus.

Deus liberalitatem restringit.

Pp

monia nobis danda iussit, sed quoniam aliqui effusi fuerunt in edendo, & bibendo, quia com- potandi, & epulandi non fuit nec modus, nec finis, hinc ju- bet cœlestis Pater œconomiam, naturam, ut manum retrahat, & clavem applicantibus, por- tas fortiori occludit pessulo. Cui sic frustratæ petitionis cau- sam, nisi nobismetipsis imputa- re debemus, qui Dei beneficijs, & donis abuti soliti, neque ne- cessitate contenti, abundantiam tantum, ad voluptatem, & superfluitatem quærimus ad no- strum interitum, & Dei benignissimi Patris offensionem.

Erit fortè nonnemo, qui di- cat, neque ad voluptatem, ne- que ad superfluitatem, neque ad pompam à se hætenus postula- tum vinum, frumentum, &c. neq; aliud à se, quàm victum & vestitum honestum, & statui suo convenientem fuisse à Deo petitum, sed non impetratum, uti nec alias corporis nece- s- sitates, sanitatem, bellorum a- versionem, &c. Ad hoc re- spondet Seraphicus illis Deu- tronomij verbis: Cùm plorare- tis coram Domino, non audivit vos, neque voci vestræ voluit acquiescere. Et quare? aut, ut magis ad peten- dum quis provocetur. Gregorius: san- cta desideria dilatione crescunt. Aut, ut tantò cautius custodiatur acce- ptum, quò difficilius impetretur.

Chrysostomus: Deus ad hoc benefici- um suum protraxit, ut non sit nobis vile, quod donat. Aut ut humilie- tur orans, dum tardius exauditur. Aut in aliud tempus exauditio dis- feratur, magis congruum, & utile petenti. Aut ut aliorum suffragijs quærat iuvari, ne fortè ardua peti- tio, aut præsumptio eum reprimat. Aliquando etsi negatur unum, quod fortè minùs expedit, pro eo datur ali- ud utilius, & melius. Ut ille sæpe est exercitatio tribulationis, quàm quies prosperitatis, licet hanc plus optemus, &c. Hæc Seraphicus. Et quidem in hoc ultimo casu oranti videtur dicere Deus, id quod Christus filijs Zebædæi per matrem, sessionem in reg- no ejus petentibus respondit: Nescitis quid petatis, quia sci- licet non sibi utilia, Deum, aut divina, sed temporalia tantum, & sibi nociva petunt, exaudi- endi procul dubio, si ipsum De- um, aut divina orando inqui- rent. Seipsum enim Deus pe- tenti non negat. Exquisivi Do- minum, ait David, & exaudivit me. Qui ergo non exaudiuntur (argu- mentatur S. Augustinus) non Dominum quærunt. Intendat san- ctitas vestra; non dixit: Inquisivi au- rum à Domino, & exaudivit me; in- quisivi à Domino senectutem, & ex- audivit me: inquisivi à Domino hoc aut aliud, & exaudivit me: Aliud est aliquid inquirere à Domino, ali- ud, ipsum Dominum inquirere. Ergo (concludit S. Doctor)
noli

Deutr. 1.
v. 45.

S. Bonva.
de prof.
Relig. 1.
71.

Psal. 31.
v. 6.

S. Aug.
hic.

Orandi-
um qua-
rere de-
bet, non
aliquid
extra De-
um.

noli aliquid à Domino extra quære, sed ipsum quære, & exaudiet te. Qui autem Dominum non quærunt, non exaudiuntur.

VI. Præcipua verò ratio, quare

Præcipua ratio.

homines plerumque non exaudiat Deus, licet manus, & vocem erga ipsum extollant, est, quia ipsi Deum, clamantem, vocantem, pulsantem, & præcipientem non audiunt. Hinc sapiens ait: Longè est Dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet. Hi enim quia voluntatem

Prov. 15. v. 29.

Quia Deus peccatores non audit.

Dei perficiunt, præcepta ejus audiunt, & obediunt, meritò exaudiuntur, illi autem qui Deum audire nolunt, & aures suas pulsanti, & vocanti Deo obturant, quomodo exaudiantur? Quare bene cæcus ille à Christo sanatus, contra ambitionem Pharisæorù turbam argum-

Iban. 9. v. 31.

tatus est: scimus autem, quia peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit: non autem illum, qui voluntati & legi ejus semper contraire consuevit. Imò

Prov. 28. v. 9.

Oratio peccatoris abominabilis.

qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio erit execrabilis.

2. Ob peccatum tali oratione.

2. Quia tali oratione Deus irridetur.

Ratio hujus prima (uti bene notat Cornelius) est pœna Talionis, Deus enim par pari refert: sicut enim ipse non vult audire Deum loquentem per legem, sic Deus ipsum vicissim non vult audire sibi loquentem per orationem; secunda, quia

oratio perseverare volentis in peccato, est peccatum, ideoque Deo abominabilis, est enim conjuncta cum affectu peccandi, & peccati: ac proinde sic orans, videtur ridere Deum: quare perinde facit, ac Judæi, qui flexo poplite Christum adorabant, dicentes: Ave Rex Judæorum, & simul eodem ore ipsum conspuebant, & collaphizabant.

Tertia, quia sicut aroma, licet in se suave olens, tamen stercorei, cloacæ, aut fimeto immersum, tetro fœtore infectum malè olet; sic oratio, licet de se sit bene odorata, & Deo grata, tamen ex corde putido, & turpes concupiscentiæ, vindictæ, &c. fœtores exhalante procedens, stomachum movet Deo, ut ira loquar, peccatorum fœtore infecta.

3. Fœtor ex peccato.

Quarta, quia, qui manet in peccato, manet in hostilitate Dei. Deus autem hostem suum odit, nec ejus preces acceptat. Quare, qui in peccati affectu persistens orat Deum, perinde facit, ac Judas, qui osculatur Christum, & interim eum prodir. Aut sicut, qui una manu blanditur amico, alterâ illum verberat, & occidit. Bene igitur concludit Auctor operis imperfecti: Ille orat, qui tam non in peccato, qui autem orat & peccat, non rogat Deum, sed deludit Deum.

4. Quia peccator hostilitatem gerit.

Opus imperfecti perf. hom.

P p 2

Fixum

Fixum ergo manet, quod peccatores Deus non audit, attamen orationes justorum exaudit.

VIIa

S. Aug. in
psal. 58.Exaudi-
tur diabo-
lus.

Matt. 8.

2. Corint.
12. v. 7.Non ex-
auditur
Apostolus.Ille ad
damnationem.Sic ad sa-
nitationem.

Difficilem hinc nobis objectionem movet S. Augustinus, exauditur diabolus, & non exauditur Apostolus; quid vobis videtur? Quomodo salvabimus assertum nostrum, quod orationes justorum, non autem peccatorum audiat Deus? dubitas forte, & petis, quomodo exaudiuntur demones? petierunt se ire in porcos, & concessum est eis. Quomodo exauditus est diabolus? petijt Job remedium, & accepit. Vis modo cognoscere, quomodo non est exauditus Apostolus? lege secundam ejus ad Corinthios epistolam, qualiter conqueratur: *datum est mihi stimulus carnis, propter quod iter Dominum rogavi. Et repulsam tulit; non exauditus est. Quid vobis videtur?* quomodo non exaudivit Paulum justum, qui exaudivit impium diabolum? Nonne hic peccator, & homicida fuit ab initio? si ergo Deus peccatores homines non audit, cur diabolum audit, & exaudit? Respondet S. Doctor: *exaudivit eum, quem disponebat damnare, & non exaudivit eum, quem volebat sanare; nam ager petit multa à medico: non dat medicus, non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad sanationem.* Exaudit Deus ad consequendum finem, & ideo non

exaudit quoad media repugnantia ad finem.

Exemplum proponit S. Augustinus psalmo sequenti, cum psal. 59. *agro. Qui enim sanitatem non petat, cum egrotat? & tamen egrotare forte ei utile est, & medium ad consequendum finem ultimum aeternae beatitudinis. Potest fieri, ut hic non exaudiat, non tamen à Deo te repulsam passum recogites. Non exaudiri ad voluntatem, ut exaudiaris ad utilitatem. Exaudiri & nescis. Quod petis agitur, etsi nescis in quo agitur.* Auditur justus, dum non exauditur, ad utilitatem. Non auditur peccator, dum exauditur ad damnationem. peccatores enim Deus ad utilitatem non audit.

Dicet forte peccator; si Deus me peccatorem non audit, ergo desinam orare, projiciam libellos devotos, ablegabo rosarium, devitabo ecclesias, abstraham me ab audiendo S. Missae sacrificio? &c. Malam peccator formas consequentiam; non enim sic argumentandum; Deus peccatores non audit, ergo orare desinam. Non, non ita, sed hanc inferas sequelam, si Deus peccatores non audit, ergo poenitentiam agam, ergo Deum meum pro venia deprecabor. Quod enim Deus peccatores non audit, sic cum Doctore Seraphico intellige: *Quod*

Deme

S. Bonav. in loa. hic. Hugo Card. hic. Deus peccatores manentes in peccato, & suum peccatum amantes non exaudit. Nam uti Hugo hic optime notat: Deus peccatores penitentes audit.

VII. Nunquid enim audivit peccatores Ninivitas penitentes? nunquid audivit publicanum pectus suum percutientem, ac ex intimo & contrito corde dicentem: Deus propitius esto mihi peccatori. Hæc est brevî oratio, ait Hugo, sed valde utilis. Orationi ergo tuæ, hanc prius præpone publicani brevem sed utilem precatiunculam, & exaudiet te Deus penitentem, & contritum; aut si copia tibi est confessarij, confessionem præmitte.

Luc. 18. Orationis præmittenda contritio. Psal. 91. v. 1. Bonum est, confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. Advertit bene S. Hieronymus: non dixit: bonum est psallere, & postea confiteri; sed video ordinem: bonum confiteri, & bonum est psallere. Primum age penitentiam, & lacrymis dele peccata, & postea canta Domino. Et experieris, quod peccatores penitentes exaudit Dominus. Quod in tantis nostris angustijs, pressuris, ac tribulationibus, Deus clamantes nos non exaudierit, & in cruentis bellorum procellis, extendentibus nobis manus, opem non præstiterit, culpa nostra est. Ecce non est abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat; neque aggravata

ta est auris eius, ut non exaudiat; atque pacem Ecclesia manus extendenti, ac contra infideles viatoriam largiatur fidelibus, sed a manus iniquitates vestrae dirigerunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiret. Manus enim vestrae polluta sunt sanguine, & digitus vestri iniquitate, &c.

Quid ergo agendum, ut non sine fructu clamemus, & manus extendamus in oratione? Lavamini, lacrymis penitentia. (glossatur Interlinearis) mundesote, innocentia vita; aufer te malum cogitationum vestrarum, ab oculis meis, quiescite agere perverse, discite benefacere, querite judicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, &c.

Et venite, & arguite me, dicit Dominus, si non exaudiam, si extendentibus vobis ad me supplexes manus non opem præstem in angustijs vestris: experiemini, quod non est abbreviata manus mea, ut subveniam vobis in manu potenti, & brachio extento. Experiemini, quod non est aggravata auris mea, ut non exaudiat.

Itaque consolamini, consolamini popule meus, exalta filia Sion in orando confidenter humiliter, ferventer vocem tuam, & expande ad cælum manus tuas, & senties Deum consolatorem & adiutorem tuum.

Pp;

No-

Hugo Card. in Thr. hic. Notat Hugo Card. in hunc locum, quod expandit manus Prælati pro subditis orando, ut Moyses, item pugnando, ut Iosue. Item Sacerdos celebrando, maxime cum sacramentum elevat hostiam, tunc enim cum illo, totus populus Christianus, & afflicta filia Sion Ecclesia, extendit ad cælum manus suas, & Deum pro delictis, & angustijs deprecando, quasi obsidem nostrum Deo Patri Filium monstrat. Egregie meus Seraphicus: Elevat Sacerdos Corpus Christi, in altari, quasi dicat, ecce, quem mundus totus capere non potest, captivus noster est, ergo eum non dimittamus, nisi, quod petimus, obtineamus. Extendamus ad eum, & de more Christiano ad elevationem SS. Hostiæ pectora de peccatis dolentes percutiamus, tunc cum ipso manus non sanguine & peccatis plenas, sed lacrymarum fonte mundatas, cum ipso exemplo Iacobi Patriarchæ lucantes, non dimittamus, donec benedixerit nobis. Benedic igitur obses & captive noster, Dei fili sub speciebus Sacramentalibus captive noster, benedic afflictijs & miseris nobis, benedic angustiata patriæ, benedic oppresso populo Christiano, benedic desolata, & gentium, hæreticorum, imò & priorum filiorum persecutionibus succumbenti Ecclesiæ tuæ, ad te flebiliter extendentibus manus suas, ut sicut vitis abundans fructificans in lateribus domus tuæ, videat filios tuorum, pacem super Israël, Amen.

Sacerdos
extendit
manum
in Missa

S. Bonav.
in Exposit.
Missæ.

Elevando
hostiam,
ubi Deus
captivus
noster est

Ad hoc
extendi-
mus ma-
num, &c.



DISCURS.



DISCVRSVS XXXVI.

Phe.

Expandit Sion manus suas, & non est, qui
consoletur eam. *Thren. 1. v. 17.*

DE ANIMA.

*In necessitate ad illum extendenda manus, qui
potest iuvare, nempe ad Deum, & san-
ctos eius, non ad mundum, carnem, aut
diabolum, qui iuvare nec volunt, nec pos-
sunt.*

I.
*Naufra-
gus exten-
dit ma-
nu.*

Qui passi naufragium
spumantibus jactan-
tur undarum procel-
lis, auxilium in lito-
re stantium implorant, & ma-
nus ad eos extendunt, à quibus
projiendum sibi funem effla-
gant, eo apprehenso facile
extrahendi. Quodsi vero pu-
tridus, aut fragilis tantum por-
rigatur funis, ab illis ad litus
stantibus, magis interitum,
quàm salutem naufragi exoptan-
tibus, actum est de ipsorum sa-
lute, qui in eorum confidebant

auxilio, qui maximè de ipso-
rum exultabunt interitu, Ani-
ma peccatrix dum ex gratia Dei
excidit, alto quasi mari naufra-
ga jactatur: *veni in altitudinem
maris, & tempestas demersit me* In-
ter has ergo angustias inclamat
auxilium, *laboravi clamans, & au-
ca factæ sunt fauces meæ*; natans
expandit manus, ad porrigen-
dum funiculum, sibi ex angu-
stijs extrahendæ. Sed quoni-
am peccatrix anima non clamat
ad Deum, nec ad ipsum, aut san-
ctos ejus orando extendit ma-
nus,

*Sic ani-
ma.*
*Psal. 68.
v. 3.*

Ad mundum, carnem, diabolum.

Psal. 139. v. 6.

nus, sed vel ad mundum, vel ad carnem, vel ipsum diabolum, hinc non est, qui consoletur eam. Hi enim, vel funes extenderunt in laqueum, vel funes tantum putridos extenderunt, quibus anima peccatrix illuditur, & decipitur. Quare ad eum manus extendat, & auxilium perat necesse est, qui juvare & valere, & vult, nempe ad Deum, sanctosque nobis à Deo assignatos intercessores.

III.

Afflictus consolationem, derelictus auxilium, dejectus refugium, infirmus sustentaculum, defatigatus refectionem, aeger quærit medicinam, quam nusquam melius, quam apud bonum reperiet, & confidentem amicum, ad quem desolatus manum suam extendit. Videtur sibi quidem homo varios habere amicos, singulariter vero (ait Doctor Seraphicus) *Homino habet tres amicos*; saltem, qui in numero amicorum venire prætendunt. *Primus, est caro, de qua nemo unquam carnem suam odio habuit. Iste amicus decipit, ducens ad suspendium sibi consentientes. Secundus amicus est mundus, qui parat funem, vel laqueum. Tertius est diabolus, qui suspendit sibi consentientem.* Et tamen insipientes homines instar avicularum ad extentos laqueos falsorum horum amicorum, & auxiliatorum advolant, & manus, subsidium

efflagitando, extendunt, non liberandi, sed captivandi. *Ægypto dimis manum, & Assyrijs...* non fuit, qui redimeret de manu eorum.

Ad Ægyptum (mundi scilicet vanitatem, & potentiam) Aman, in Regis sui gratiam, ac propriam confidens sublimitatem, ac cellitudinem, cumque à Regina ad regias epulas unà cum Assuero Rege invitatus, Mardocheum ad palatij fores confidentem, sibi neque assurrexisse quidem cerneret, dissimulatâ irâ, domum reversus convocatis amicis, & uxori suâ acceptâ à Mardocheo contumeliam indignabundus exposuit, quorum consilio furcam quinquaginta cubitorum altâ, in exitium Mardochei erigi præcepit.

Ut quid autem Mardocheus tanto se interitus periculo, & irâ summi in aula ministri exponere voluit, cujus auctoritate de facto jam decretum regium de tota Hæbræorum delenda gente expeditum noverat? quid inconvenientiæ, quid mali fuerat, si regio ministro, si jurato gentis suæ hosti, pro captivando animo, & conciliando favore, assurgens, etiam caput inclinasset & genua extentis etiam ad eum manibus, ad demulcendum furorem, & emen-

Amici illi laqueum parant.

S. Bonav. in Thren. c. 1. v. 19.

Ephes. 5. v. 30.

Mardocheum in Deo.

emendicandum patrociniū? an non obstinatiam, & animi elationem hæc in Mardocho sapiebant? imò verò, magna hoc

hoc damno expertus est infelix Aman, qui insurgente contra se Regina accusatione, exarscente regis furore, & acclamante in odium ejus Harbona aulico, quòd patibulum Mardocho (conjuracionis in Regem quondam fidelissimo detectori) domi suæ parasset, irrevocabilem contra se ab irato Rege fulminatam accepit sententiam: *Appendite eum in eo. Suspendite eum in eo. Aman in patibulo. Itaque nolite considerare in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus. Nolite in amicis, & mag-*

Mundus Amano laqueo dedit.

Cornelius erat constantiæ (asserit Cornelius) Mardochei, quod Amano hosti scelestissimo, toti Iudæorum genti exitium machinanti, ne quidem assurrexerit, ut suam in Deo fiduciam ostenderet, ad quem solum, unicū adjutorem, & consolatorem suum manus extendit Mardocheus: *Mardocheus autem deprecatus est Dominum... In diebus tuis cuncta sunt posita, & non est, qui possit tua resistere voluntati, &c.*

Manus ad eum extendit.

Esth. 13. v. 8.

Esth. 14. v. 1.

Ejus exemplo, & adhortatione omnis quoque Israël in oratione ad Deum confugit: *Esther quoque Regina confugit ad Dominum, pavens periculum, quod imminerebat. Et sic desolata Regina, cum afflictio suo populo, Deum exquisivit manibus suis, & non est decepta.*

III.

Sed Aman magno amicorum stipatus numero, excelsæ dignitatis elatus officio, & regiorum tumidus favore, ac gratiâ, in his fiduciam, & spem suam posuerat: sed *va filij deserreres, dicit Dominus. Va filij hujus faculi, qui in mundi confiditis amicitia, & potestate. Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, id est, potestatis secularis. Exponit Hugo, habentes fiduciam in umbra Egypti. Erit nobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia umbra Egypti in ignominiam. Suo*

Isa. 30. v. 1.

Hugo Catd.

P. Franc. Iosephi Op. IV.

Sunt alij, qui in afflictione, & desolatione manus suas extendunt ad carnem, hic amicus apprehendit quidem manum, sed non ut ex fovea, angustia, & profunditate maris extrahat, sed ad suspendium perducatur. Exhibet se caro spiritui amicissimam, consolatricem, se promittit fidelissimam, trahit spiritum in vinculis charitatis impuræ, sed quo trahit? quò deducit? ad suspendiū æternæ damnationis. Sed modò non meo proposito est, loqui, de carne & lubricis carnis voluptatibus, fatali.

IV.

Alij carnem auxiliatricem vocant.

Caro, id est, carnalis amicus.

Q9

tali amicitia spiritum afficientibus, sed carne tantum & sanguine, de carnalibus amicis & propinquis mihi sermo est, in quorum auxilio ut plurimum confidimus, sed consolatores eos raro invenimus, ut bene de ipsis dicere liceat: *vocavi ami-*

Thr. 1. v. 19. *cor meos, & ipsi deceperunt me.* Sicut autem in summa necessitate

*Magna
moris ne-
cessitas.*

maximè ad amicos manum extendimus, ita eorum tunc maximè fidelitas probatur. Summa autem, quæ unquam hominem urget, necessitas, ea est, quæ illum inter mortis angustias depræhendit. Tunc, tunc

*Deut. 32.
v. 38.*

surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Experimenti damno vestro, quod extendetis tunc manus vestras, & non sit, qui consoletur.

*In qua a-
mici nos
deserunt.*

*Cornel. in
Thr. c. 1.
v. 19.* Testatur Cornelius à Lapide, in Belgio virum insignem in morte vocasse & implorasse

opem uxoris: charissima conjunx adjuva me in his angustijs: cumque illa flens diceret: Equi possum te juvare charissime marite, in morbo incurabili? vocavit filium primogenitum: Fili adjuva, eripe me ex hisce angustijs, ego pro te die & nocte laboravi, & vitam sæpe periculo exposui; cumque ille pariter gemens diceret: utinam mi pater, te morte eripere possem, sed hoc vires meas excedit. Vocavit secundum, dein-

*Exem-
plum no-
tabile.*

de tertium, ac cæteros ordine filios, ac filias, deinde famulos, & ancillas, quemque sigillatim compellans, ac ejus implorans opem: cumque singuli dolentes idem responderent, dicerentque, contra mortem non esse remedium, exclamavit ille: O vanas hominum curas, ô quantum est in rebus inane! Ecce ego tibi ô uxor, vobis ô filij, & filia, laboravi, sudavi, vires impendi & vitam, quin & animam fortè oppignoravi: & ecce hæc est merces mea, ut in hac hora ultima implorans opem vestram, non inveniam. O

quàm satiùs fuisset, si Deo servissem, si amicos in terra & in cælo parâsem, qui in hoc articulo mihi adessent! O si vivere liceret, quàm saperem? extendi manus meas (bene conqueri hic poterat) & non est, qui consoletur. Sed non fuit hæc miseria illi viro insigni specialis, omnes eandem experientur desolationem, qui non ad Deum, sed homines, & amicos carnales extendunt manus in mortis necessitate.

Sed magis adhuc, & turpiùs se defraudari illi sentiunt, qui manus extendent morituri ad eas personas, quibus illicito amore, & affectu adhæserunt, in quarum consortio, & amicitia, Deum sibi hostem fecerunt, & conscientiam turpissimè macu-

*In morte
nemo ju-
vare po-
test ami-
corum.*

macularunt. Surgant, & optulerunt vobis, & in necessitate vos protegant.

V. Quod in afflictione homo ad hominem manus extendat, & necessitate arctatus hominis imploret opem, natura dicitur instinctus, & in hoc humanae compatiendum fragilitati. Sed quod homo à jurato humani generis hoste, ab ipso videlicet dæmone subinde imploret opem, & ad eum in necessitate manus extendat, non solum summæ impietatis, sed extremæ simul dementiæ, & infantiæ est. Quid enim ab hoste, humani generis perditioni omnibus viribus procurandæ professo, aliud, quam interitum sempiternum, & laqueum expectare poterit: extendit hic hostis funes naufrago peccatori in laqueum, funes obicit peccatorum, quos si peccator apprehenderit manu, ac collo iniecerit, hoc ipso laqueo eum suspendit diabolus, sibi consentientem, non contentus aut corporis aut animæ solius interitu, nisi utrumque perdat simul. Et tamen, pro dolor Etiam miseri, & excaecati inveniuntur mortales, qui angustijs suis innodati, manum ad hunc juratum hostem extendere, & opem implorare non vereantur.

Sicut Saul. Erat Saul in regni sui exor-

dio vir justus, sincerus, & candidus, & ita innocens, ut de ipso sacrae testentur pagina; *1. Reg. 13. Filius unius anni erat Saul, cum regnare cepisset, qui tamen successu temporis ita à conscientia suæ candore, imò ab ipso Deo recesserat, ut ad ipsum dæmonem, manus in extrema sua necessitate extendere, & ab illo (seposita Dei, & Creatoris sui potentia) opem & consilium petere sustinuerit, exquirendam jubens mulierem habentem Pythonem, cujus consilio, & opere consolationem acciperet, atque subsidium in instanti cum Philistæis prælio.*

Sed qualem ab hoc consolatore opem, & consolationem accepit? non aliam planè, quam quod justo Dei judicio, & sibi & domui suæ universa paratum cognosceret interitum, ac tremore, ac angustijs in terram projectus, ac conturbatus, omnibusque destitutus viribus, tantæ animi dejectione, & angustia premeretur, ut vix ad sumendum cibum potuerit persuaderi. Hæ consolationes infernalis refocillationes sunt. Et quia in hoc peccato magiæ mortuus est Saul, consultà paulò ante conflictum Pythonissâ, maximum æternæ ejus damnationis argumentum inde trahit Cornelius.

Ceciderat Ochozias rex Israël. VI. Qqz.

Alij ad dæmonem recurrunt.

Consulens Pythonissam.

1. Reg. 28. v. 7.

Idè damnatus.

4. Reg. 1
v. 2. raël (filius impius impii Achab) per cancellos coenaculi sui, quod habebat in Samaria. Cum igitur

Sicut etiam Ochozias Rex. Ideo morte puniatur à Deo.
malè & periculosè ex tam gravi casu haberet, præcepit famulis: ite, consulite Belzeub dum Accaron, utrum vivere queam, de infirmitate mea hac. Magnam ab hoc muscarum Deo acceptandam consolationem ac opem sibi rex impius promittebat. At ecce angelo commoneante, his regijs internuncijs obviam processit Elias Propheta, atque de implorando regis jussu, demonis auxilio divinitus edoctus, asperis hisce eos excepit verbis: Nunquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Belzeub. Denunciandam ergo regi mortem jubet ex Dei mandato: De lectulo, super quem ascendiſti, non descendes; sed morte morieris.

4. Reg.
20. v. 1.

Ezechias recurrit ad Deum.

Saniora consilia egit devotus rex Ezechias, qui ad mortem decumbens, inò denuntiata sibi jam per Prophetam Isaiam morte, oravit ad Dominum, &c. Ad eum solum extendens manum, & illum solum consolatorem requirens, quem etiam invenit, per Isaiam Prophetam de recuperanda intra triduum sanitate assecratus: Ecce sanavi te: die tertio ascendes ad templum Domini. Quidn̄ in Deo confidens, & ad eum manum extendens, opem inveniat, ex-

tendens verò manum ad opem demonum, ruinam & interitum & corporis & animæ experietur?

Et tamen hodieque non Judeos, aut gentiles, sed ipsos etiam Christianos auxilium implorare demonum, & manus ad eorum subsidium extendere, compertum est. Non jam de scelestâ illa hominum sæce loquor, qui per explicitum pactum, & proprii sanguinis subſignatione se illi devoverunt, miserrimè ab ipso verberibus tractari, & angustiari soliti; sed de illis tantum loquor, qui pactis tantum implicitis cum ipso irretiti, ita superstitionum, incantationumque diabolicarum usui publicè student, sibi que, aut pecoribus eas applicari in necessitate, aut infirmitate patiuntur, ut tamen bono Christiani nomini aut vitæ nihil tales ad diabolicam manum recursus, præjudicare persuasum alijs velint.

Quid communius vulgò & usitatius, quàm pecoribus infirmatis, & quavis lue infectis vocare vetulas, quæ certâ incantatione (sacris licet nominibus, aut signo Crucis intermixto) demonis opem ad sanitatem invocent? vel certa adhibeant diabolica media ad feras certò jaculandas? aut alterius sclopeti explosionem impediendam?

Christi in multi ad damno, no. v. r. ruit.

Per pacta implicita.

Incantationes, seu superstitiones.

endam? aut corpus suum contra hostiles ictus, impenetrabile reddendum? aut felicitatem in ludendo conciliandam? vel pecora à ferarum infestatione securè conservanda? &c.

VII. Narrat Joannes Heroldus, devotum quendam Eremitam per desertum iter facientem, incidisse in diabolum in humana specie porcos pascentem, tempore autumnali, quo scilicet porci glandibus saginandi in silvas aguntur. Querebat ex eo pius Dei servus, quidnam ipsi hinc esset negotium? Cui ille, porcos, inquit, custodio, ne à feris infestentur, cum incantatores ad hoc me coniuraverint: ne ergo homines fidem ad huiuscemodi incantationes deponant, ac in errore tenacius perseverent, magna eos diligentia custodio. Addit Bernardinus Mercator in suo opere Cathedastico; pastorali baculo (ad boni speciem, & mali palliationem) S. Blasii nomen fuisse incisum, ac à diabolo fideliter porcos fuisse custoditos, quamdiu à se hunc baculum non dimiserit pastor.

Centena talia enumerare facile esset, quæ Christiani conservandis pecoribus adhibent, præsertim fabri ferrarii in medicandis equis, sistendo sanguine, in dentium, aut oculorum doloribus, in assignandis rebus

deperditis, vel etiam ipso fure sistendo, aut prodendo, item in divinationibus per chymantiam, &c. in quibus omnibus implicito pacto manus datur diabolo, in subsidium vocato. In quibus tamen rebus subinde ita obstinatos se exhibent Christiani, ut vel pecudum, aut sanitatis, temporalisve lucri amore excæcati, vel proprii iudicii tenacitate obstinati, nullatenus se averti patiantur, cum tamen revera indubitato & unanimi Theologorum iudicio, omnia huiusmodi media, non secreta naturæ, sed implicita sint cum dæmone pacta, quibus ille in subsidium advocatur, certis incognitis nominibus, & lignis magicâ arte excogitatis, quibus (ut quidam aiebat)

Flectere si nequeam superos, Acheronta movebo.

Et quid demum auxilii, quid consolationis sperare possunt, ab infernali hoc auxiliatore, mortales infelicissimi? nisi damna, & mala infinita mentis & corporis? malum enim plerumque exitum parant eiusmodi illicita media, &c. Non quidem eo inficias, subinde dæmonis, activa passivis applicantis, arte aliquam succedere curam, ne scilicet fidem apud homines & recursum perdat, sed tamen ipsum præstitum beneficium centenis

Sed deceptio.

tenis alijs compensat malis, sic enim etiam temporalem successum invidet homini diabolus, ut spiritali eorum non sit contentus ruinâ, nisi etiam temporales adjiciat angustias. Et si quidem infirmitatibus aut plagis adhibita semel fuerint ejusmodi diabolicæ incantationes, vix ulla amplius naturalis medicina solitum consequetur effectum.

VIII.

Ab hoste non est sperandum beneficium.

Miseri ergo, & infelices homines, qui ad infensissimum hostem extendunt manus, & auxilium, ac Consolationem ab eo sperant, qui maximè nostrum interitum sitit, & desolationem. Nunquid non est Deus in Israël, ut eatis ad consulendum Belzebub. Nonne ipse Deus vester curandi & juvandi potentiam, & scientiam amisisse vobis videtur, & exhaustos misericordiæ ejus thesauros exiltimatis? an non gratiosa vobis loca, & Ecclesias sufficienter aperuit, ex quibus miraculorum, & gratiarum fontes scaturire facit? an non gratiosa undique sanctissimæ Matris suæ, ac aliorum Sanctorum vobis patrociniæ erexit? Quid pro dolore dentium ad demones necesse tibi est recurrere, quasi non esset Deus in Israël, & concessa ab ipso S. Apolloniæ curandi dentium doloris copia, in remunerationem perpepsi pro sui

An non Sancti?

gloria, in excussione dentium, doloris? Quid pro oculorum, pro pectoris dolore recurritis ad artes magicas & superstitiones? nunquid non S. Lucia, S. Agatha, pro oculorum, & pectoris cura? nonne pro angina S. Blasius, pro pecudibus Leonardus, aut Martinus, contra luem pestiferam SS. Rochus, & Sebastianus? & alij, miraculosi Sancti in Ecclesia, quibus gratiam curationum concessit Deus. Quid pro rebus deperditis consulitis Deum Accaron, quali non esset Antonius Paduanus, tot in hoc genere præclarus continuis miraculis, de quibus non tam Catholici nostri, quàm etiam Acatholici propriâ experientiâ debent testari; sed licet quidam quotidiana hæc beneficia, & sanitarum miracula protervè negare præsumerent, planè ea, nisi penitus à ratione alienati, negare non possunt; ea, quæ à S. Ambrosio, Augustino, & alijs irrefragabilis auctoritatis Patribus, notata, & posteritati certâ fide tradita sunt. Quale illud est de cæco illuminato ad sacra sanctorum Martyrum Gervasij & Prothasij corpora, tunc recen- ter à S. Antistite Ambrosio, per visum cœlitus edocto, reperta, uti enarrat S. Augustinus suarum confessionum l. 9. c. 7.

Si quidem autem Deus tam

foli-

Hos Deus singularibus præfavit afflictibus.

Negant miracula Acatholici.

Scripta à SS. patribus negare non possunt.

Sancti invocandi.

Rom. 15.
Ephes. 6.
1. Thes. 5. &c.

S. Bern.
in vigil.
SS. Petri
& Pauli.

potentiores modo in caelo.

folicitos nobis auxiliatores, servos, ac sanctos suos constituit, quidni vocari eos in auxilium velit jam gloriosos in caelo, quorum preces, Paulus implorare jam docuit, dum mortales adhuc versarentur in terris? uti in festo S. Angeli Custodis multis memoravi, ad qua lectorem remitto. Bene utique argumentatur Doctor mellifluus: *Quam potentiores sunt in caelis, qui tam potentes fuerunt in terris?* Imprimis autem Augustissima & potentissima caelorum Regina, atque Deiparae implorandam ardentem opem, omnes uno ore clamant, & hortantur sancti Patres, atque Doctores. Ad hanc, ad hanc o Christiane, quae in omnibus terra partibus miraculosa, ac gratiosa sibi loca delegit, ad effundenda cultoribus suis beneficia, ad hanc, inquam, inter tribulationum procellas confuge, *voca stellam, voca Mariam*, ad hanc extende manus, & consolatricem invenies. Haec ad impetrandam tibi veniam, & gratiam, Filio ostendit ubera, & Filius Patri ostendit vulnera. Quid his auxiliatoribus amorosius? quid sincerius? quid efficacius?

IX. Ad has ergo auxiliatrices (o anima) confuge manus, rejets mundi, carnis, & diaboli laqueis, en ipse te invitat mi-

sericorditer Deus tuus: *Reverte o anima ad me, ego sum Creator tuus; revertere, ego sum Redemptor tuus. Reverte, ego sum Consolator tuus. Esi haec modica videntur; revertere ultimo, quia ego sum tam liberalis Remunerator tuus. Quid tibi cum mundi fallacijs? cum carnis illecebris? cum demonum laqueis? extende poenitens ad Redemptorem manus tuas: revertite ad huc o anima, Christus in Cruce te expectans habet caput inclinatum, ad te peccatricem, & immundam deosculandam; habet brachia extensa ad amplexandam; manus apertas ad remittendum; corpus extensum, ad se totum impendendum; pedes affixos ad tecum commanendum; latus apertum, ad te in illud intromittendum.*

Cum ergo tam fidelem, ac propensum (Dei Filium) experiaris auxiliatorem, o anima, omnibus alijs nuncium remitte, & in sola illius bonitate & potentia confide, spretis mundi, carnis & diaboli doloris consolationibus: ad illum solum, & constitutos nobis ab eo auxiliatores, manus extende, & omnes hostium facile deridebis insultus; hic est enim, qui in necessitate, & tribulatione, nos juvare & vult, & potest. De tribulatione (expertus loquitur David) invocavi Dominum, & exaudivit me in latitudine Dominus. Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo. Dominus

Invitat nos ipse Christus

Expandit manus, ut & nos exortenda-

Dominus adiutor

Psal. 117 v. 5.

minus mihi adiutor, & ego, talem considerare in Domino, quam confidere in homine. Ad Deum ergo, in quo confidimus, manus extendamus, & cum nobis in presentibus angustijs auxiliato-rem, & in futurâ vitâ benignum experiemur consolato-rem, atque remunerato-rem, Amen.

Hugo
Card. hic

Mundus
caro, d.
mon de-
ficiendi.



DISCURSUS XXXVII.

Phe.

Facta est Ierusalem, quasi polluta menstruis inter eos. *Thren. I. v. 17.*

DE ECCLESIA.

Plangit ex affectata malorum, praesertim hereticorum, societate, multos pollui, & seduci.

Hic versui, praepo- nitur Phe, quod in- terpretatur, *Oris.* Expandit igitur af- fecta Sion manus, ut, quod non valet ore, significet manuum expan- sione, uti interlinearis glossatur. Malum autem, inexplicabile verbis, quod expansis deplorat manibus, est, quod non solum hostibus sit circumvallata, & conclusa, sed maximè talibus hostibus impuris, & contami- natis, ut puram & incontami- natam se inter illos conservare nequiverit: *Facta est Ierusalem, quasi polluta menstruis, inter eos.* Ubi Hugo Carenfis multiplicem notat pollutionem, cujus non minima species est *mala societa- tis,*

ri, quæ per confortium, & co-
habitationem malorum, maxi-
mè verò hæreticorum contra-
hitur, tantum in Ecclesiam in-
vehens malum, ut manuum ex-
pansione, majorem suum indi-
cet esse dolorem, quàm ut pos-
sit exprimi sermone oris. Qua-
re in præsentì declarabo brevi-
ter, quàm nociva sit malorum,
præsertim hæreticorum, fide-
libus societas, cuius malam in-
explicabile præsentì versu Ec-
clesia deplorat.

hæc citius omnes alias inficiet,
quàm hæc à confortio reliqua-
rum sanetur. Leprosus à sa-
norù cohabitatione non mun-
datur, bene autem sani in ejus
contubernio maculantur. Pe-
stilenti, & malignâ febre cor-
reptus, totam inficiet domum,
quem plena domesticorum sa-
nitas non restituet. Pomum pu-
tridum si sanis commisceatur,
ab his nequaquam tuæ restitue-
tur integritati, sed faciliè reli-
qua omnia solius putridi affini-
tate corrumpentur. Olla fuli-
ginosa à vase etiam mundissi-
mo, sibi appposito, nihilo fit
mundior, sed bene vas mun-
dum, ab olla fuliginosa mutua-
tur nigredinem. Mensura in-
tegra lactis infusa atramento,
non istud dealbare poterit, sed
modicum atramentum, infusum
integræ lactis mensuræ, hujus
obscurabit candorem. Magna
licet mellis copia felli infusa,
amaritudinem huius non ex-
tinguet, parva tamen fellis par-
ticula, magnam mellis massam
replebit amaritudine. Vitium
est fel; virtus est mel: majoris
semper activitatis est vitium in
socio corrumpendo, quàm vir-
tus in sanando. Unde bene ex
Isidoro concludit Ven. Beda:
Melius est habere malorum odium,
quàm confortium. Licet enim bo-
nus, ferventi zelo, ac bonâ in-
tentione ductus, subinde con-

Declarat-
ur per sa-
militudis
nem.

Beda in
locis
comm. c.
62.

Melius est
odium,
quàm
conforti-
um malo-
rum.

R. r.

for-
rum.

P. Franc. Josephi Op. IV.

II.
Prov. 13.
v. 20.
Societas
mala ma-
ioris effi-
cacia

quàm bo-
na.

Sanitas
non sanat
sicut con-
tagio infi-
cit.

fortium quarat malorum, ad horum conversionem; noverit tamen rem esse plenam periculo, & dubios piorum ejusmodi stratagematum effectus, æquè enim timeat de suamet seductione, ac de alterius speret conversione; & vix etiam in moralibus in passum vehemens datur actio, quin non detur reactio.

*Icterus
attrahit
maligni-
tatem.*

Icterus, avicula subflava, si flava bile infectum (qui hinc Ictericus dicitur) respiciat, sanari hunc quidem affirmant, illam verò attracto maligno flavæ bilis humore infirmari, imò & emori. Idem aliquando indiscretè zelosis contingit viris, ut dum varijs vitiorum malignitatibus corruptos sanaturi illis se sociant, malignitatem a bægro extractã, in se attrahant, & imbibant, quare citiùs malorum odium, quàm consortium approbaverim: magnæ enim est temeritatis, nimium de propria virtute præsumere, & debiliorem æstimare alienam infirmitatem, quàm propriam firmitatem, cum tamen summè activa, plerumque minùs sint restituta.

III.

Novi ego virum nobili familiã ex urbe quadam celebri, licet A catholicã natum, qui Gallias in juventutis flore peragrando, ibidem non solùm fidem Catholicam, sed etiam re-

ligiosum habitum amplexus, tanto fervore religionis suæ tyrocinia posuit, ac etiam sacro presbyteratûs ordine initiatus, tantã devotione incruentum illud sacrificium obtulit, ut magnam sibi pene sanctitatis famam apud omnes comparaverit. Exarsit etiam in eo magnus convertendorum, ad orthodoxam fidem, parentum zelus, in quem finem à suo superiore licentiam visendi parentes, non tamen civitatem ingrediendi, cum socio obtinuit. Patriã igitur vicinus, consultiùs duxit ipsam civitatem, & paternam subire domum, quem tamen socius (tenori obedientiã ad literam tenaciter inhærens, ac ejus limites nec latum unguem transgredi volens) comitari noluit. Solum ergo (obedientiã clypeo jam exarmatus) paternam subiit domum, ac à parentibus, licet religiosum in eo habitum summè averfantibus tamen dissimulato dolore, benignè acceptus, solemnique convivio, tanquam filius prodigus, è longinqua regione adventans, exceptus fuit, invitatis etiam confidentioribus aliquot propinquis, & præter comptas, & exquisitæ formæ juveneculas, ad latus Religiosi collocatas; omnis tunc à parentibus dissimulatus dolor, ac dolus, ac post transactam

*Exim-
plum
tabile*

*Obedien-
tia trans-
gressio*

*Institutum
vitiã*

actam jocosis, ac subinde falsis
discursibus cœnam, cubitum
ductus bonus Religiosus, cu-
jus animus parentum blanditijs,
amicorum comitate, ac juven-
cularum affabilitate, ciborum
lautitia jã erat tantisper fractus.
Cumq; alto sepultus somno dor-
miret, religiosa ipsi elã fuere
subductæ vestes, quibus ipse
sublatis manè parentum tum

gemitibus, tum armatis preci-
bus, ac etiam minis victus, cum
religiosa professione, simul et-
iam catholicam fidem exuere
consensit, cui mox prædives,
ac speciosa conquesta sponsa,
festumque nuptiale summo to-
tius civitatis applausu celebra-
tum fuit, deficiente interim
pene, præ dolore ac compassio-
ne, socio, qui de lamentabili
casu informatus, ac prope tri-
stitiã absorptus domum rediit.

Pœnituit quidem millies mi-
serum commissi erroris, unde
etiam conscientia stimulis exa-
gitatus, ac in melancoliã pro-
fundatus, vix unquam ridere
visus est, sed tamen conjugis,
liberorum, ac amicorum copiã
circumvallatus, redeundi vel
occasionem, vel animum nun-
quam efficacem habuit. Uxo-
re primã defunctã, mox ipsi in
conjugium juvenula Jovialis
genij exquisita, quæ melanco-
liam sua vivacitate pelleret, sed
frustra; semper enim uti con-
scientiã stimulus, ita animo

hæsit melancolia, uti ipse vidi,
dum semel thermis usus, cum
alijs suæ urbis nobilibus Mo-
nasterium nostrum inviseret,
miserandum omnibus factus
religiosis spectaculum, & ex-
emplum, quo quisque magis
malorum (maximè hæretico-
rum) odium, quàm confortium
eligere, ipsius damno edocere-
tur.

E Mesopotamia cum con-
jugibus, liberis, ac pecoribus
in patriam perrecturus Patri-
archa Jacob, obvium habuit,

IV.

Gen. 33.
v. 12.
cum armata militum manu, E-
sau fratrem suum: hic per ora-
tionem ad Deum fusam, magis,
quàm per submissionem, & sociars Esau,
munera fratris placatus, etiam
se socium itineris obtulit: Gra-
diamur simul, eroque socius itineris
tui. Miram hinc observationem
habet Hugo Carenfis: Hic

Hugo
Card. hic
gerit Esau personam principum sæ-
cularium, Jacob personam Præla-
torum Ecclesiæ. Dicit ergo Esau Ja-
cob: Gradiamur simul in pompis &
phaleris; nec est, qui contradicat:
imò iam cum maiori pompa, & plu-
ribus equis, & viribus vadunt Prælati
Ecclesiastici, & Clerici, quàm Prin-
cipes sæculares, quasi non ministeri-
um sit eis credendum, sed magis reg-
num, vel imperium. Dicitur de
Carolo, quod abstulit nepoti suo Epi-
scopatum, quia vidit eum citò, &
viriliter ascendere super equum, si-
cut milites. Hæc Hugo.

Si verò cum sæcularibus con-
R 1 2 ver-

Societas
um secu-
laribus
periculo-
sa.

versando, vivaces, & dissolu-
tos sæcularium haurimus mo-
res, & gestus, etiam vitiosos
facile eorum induemus habi-
tus, cum illis gradi, & conver-
sari refugiamus: nam uti obser-
vat Seraphicus: Nolut ambula-

S. Bonav.
in Bib. ijs
pauperum
p. 110.

re Jacob cum malo fratre, licet pla-
casset eum muneribus, & ille factus in-
staret, & signa dilectionis ostenderet.
Instabat Esau; Oro te, ut de
populo, qui mecum est, saltem socij
remaneant viae tuae. Sed neque
hoc amicitiae genus admisit Ja-
cob: & bene, & ad nostram

Hugonic.

Per hanc
diabolus
superat
homines.

doctrinam. Nam eodem Hu-
gone teste: sicut Esau, ita fa-
cit diabolus; si potest, facit homines
peccare per se, si non potest, sug-
gerit pravam societatem, ut per il-
lam corrumpantur paulisper. Invi-
tat primum astutus serpens ho-
minem simplicem, gradiamur si-
mul, eroque socius itineris tui, sed
cum quivis hunc horreat socium,
substituit alios ex sua co-
horte socios, & stipendiarios;
hi saltem socij remaneant viae tuae,
qui scilicet per prava colloquia
animum corrumpant; nam te

1. Corint.
15 v. 33.
2. Timoth.
2. v. 17.

ste Apostolo; corrumpunt mores
bonos, colloquia mala, quod ma-
ximè de hæreticis intelligen-
dum repetit Apostolus, qui ad
Timotheum scribens, ait: Pro-
fana autem & vaniloquia devita,
multum enim proficiunt ad impieta-
tem, & sermo eorum, ut cancer ser-
pit. Sermo eorum, id est, hæ-

reticorum, & falsorum Prædicato-
rum, uti exponit Lyranus, ut
cancer serpit.

Nullus morborum Cancro,
sive Gangræna horribilior, qui
de membro ad membrum ser-
pit, donec totum inficiat, &
depascat corpus. Talis est hæ-
resis, ait Cornelius, que semper
serpit ab uno errore in alium,
& ex malo in deterius semper proser-
pit, & prolabitur. Tum potius, &
amplius serpit hæresis quasi Cancer,
ab uno homine in alium, ab una urbe
& provincia in aliam. Ab uno

V,

Cornelius
hic,

Similius
Cancro,

membro in aliud. Sicut ergo
periculosissima est cohabitatio
hominis Cancro infecti, cujus
solus contactus, aut maligna
exhalatio alterum valet infice-
re, & accedente calore serpere
per totum corpus, sic etiam
sermo hæreticorum, ut cancer
serpens, facile inficit maligna
afflatione, & societate cohabi-
tantes, nam uti probè notat S.

Societas
& sermo
hæretico-
rum,

Leo Papa: Sermo eorum serpit,
ut cancer; humiliter irrepunt, blan-
dè capiunt, molliter ligant, laten-
ter occidunt. Te blandè invi-
tant, gradiamur simul, eroque
socius itineris tui, cohabita me-
cum, in nostra civitate, in no-
stra commorare domo, omne
benevolentiae & amicitiae ge-
nus experieris, sortem mitte no-
biscum, maris pium unum sit omni-
um nostrum. Sed monet Sapi-
ens: Fili mi, ne ambules cum eis, &c.

S. Leo
serm. 4. de
jejunio
decimi
mensis,

Prov. 13
v. 14,

Licet

Licet enim nihil mali adhuc prodant, nec religionis libertatem impugnamdam simulent, tamen later cancer, later venenum, suo jam tempore in tuam ruinam erupturum.

rentibus educati, & in rebus fi dei bene instructi, ad alienas ablegati terras, vel ut addiscendis linguis, & excolendis moribus, aut artibus, &c. studeant, dum ad ejusmodi malas veniunt societates, latentes in ovis regulos, & venenum hauriunt, hæreticas doctrinas imbibunt, ita tenaciter animo hærentes, ut vix amplius ullo Antidoto valeant expelli. Hinc audies eorum aliquos, vel conjugijs implicatos sub spe pinguioris dotis, Catholicam abjurare fidem, alios licet domum reverfos, Acatholicorum commendare ritus, extollere gratiosum in conversando modum, & in eam demum erumpere conclusionem, in omni fide salutem licere consequi, modò in Christum credatur. Ecce quàm exitiosum venenum! ecce quàm utilius sit odium, quàm confortium hæreticorum?

Juvenes
imbibunt
venenum

In terris
Acatholicorum.

CAVEANT
parentes
& magistratus.

Aspides
ova parant.

Isaic. 59.

Ovis simili malorum societas.

Cornelius dicit.

Rursum venenum effundunt.

Serpentes, aspides, & ejusmodi venenosum animalium genus, non statim edunt foetum, sed ova, à quibus nullum adhuc imminet periculum, donec calore foetus vivificatus, rupto prodeat ovo, tunc enim jam sibilare & inficere incipiet erumpens serpens, aut regulus. Ova aspidum ruperant (ait Isaias) qui comederit de ovis eorum, morietur, & quod confortum est, erumpet in regulum. Sic ille qui se malis, & impijs jungit, ab initio nullum apertum & serpentinum videbit malum, nullum advertet regulum, sed omnia candida ovorum cuticulâ erunt abscondita. Successivè cum incaluerint, rumpentur ova, qui comederit de ovis eorum, morietur, dum erumpentem deglutivit regulum. Nota hæc (ait Cornelius) quæ sit vis, & pernicies perverse societatis, quàm exitiale sit, cum impijs conversari, & sociari. Hi enim in mensis, symposiis, ludis ova aspidum cum eis comedunt, & venenum libidinis, scurrilitatis, rixarum, aut etiam pravorum dogmatum hauriunt, quo animam necant.

VI.

Quot juvenes probè à pa-

R 13

ciant

ciant inhibitionem, gravibus etiam mulctis, & pœnis exequendam. Perrarò enim sine gravi damno & infectione malorum societas frequentatur.

Iudeis interdictus aditus Egypti.

Ierem. 42. v. 14.

Non habitabimus in terra ista... Sed ad terram Egypti pergemus, ubi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non sustinebimus, &c.

Ierem. 43.

Ne discernent opera eorum.

Psal. 105. v. 35.

Hugo Card. Eccli. 13. v. 1.

societas est venenum, & pix.

Reliquiæ Judæorum in Palaestina post dirutam urbem Hierosolymorum commorantes, ne denuò graviora à Chaldæis mala expectare deberent, consultare cœperunt de adeunda contra Dei præceptum, Egypto; *Non habitabimus in terra ista... Sed ad terram Egypti pergemus, ubi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non sustinebimus, &c.* Sed contra hos vehementer exacerbatus Deus, dira omnia, & mala ipsis eventura minatur, quibus ipsi non attentis, instigante maxime Johannan filio Chareæ, Egyptum ingressi sunt. Ibi non tantum iterum fame, & gladio à Chaldæis unà cum Egyptijs afflicti, sed ab Egyptijs maxime Idololatriæ deditis, ad eandem adducti sunt, uti olim patribus eorum contigerat: *Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Quia difficile est (ait Hugo in hunc passum) tangere serpentem, & non invenenari; & picem, & non contaminari. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Venenum valde activum, est malignitas vitiorum, pix valde viscosa, & adhesiva, est doctrina hæreticorum, cum enim

magnam vivendi, & conscientie libertatem admittat, facile adharet picis instar: hanc picem frequenter secum ex alienis A catholicorum terris ferunt vagabundi nostri Catholici, ita ut magno labore vix actionum, & apprehensionum perverfarum picem illis abstergere, & avellere valeamus. Commixti sunt inter gentes, & didicerunt non tantum doctrinam, sed etiam opera eorum.

Didicerunt etiam Politici VII. nostri maximas politicas eorum, ut non ea, quæ multis, quæ communitati, quæ reipublicæ, sed quæ sibi utilia sunt, & interesse privatum contingunt, & promovent, quarere intendunt, quidquid deinde religio vel directè, vel indirectè patiat. Didicerunt ab eis lucro tantum temporali inhiare, terrena quarere, cœlestia parum curare. Quare apparet, quàm periculosum sit cum malis multa habere fœdera, consortia, commercia, & connubia, quæ etiam Israëlitis sub gravi cominatione maxime inhibuerat Deus cum gentibus, contrahenda. *Quodsi volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adherere, & cum eis miscere connubia, & amicitias copulare, &c. Contrahendos Deus, gentium errores præcavet, ut autem sciant Israël-*

VII.

Ab hæreticis discernimus politiam.

Iosue c. 23. v. 13.

Israëlitæ, qualiter isti contra-
hantur, nempe per occasionem
cohabitandi, & societatem a-
micabilem, aut maritalem, mi-
sceri vetat connubia, & amici-
tias copulari: quod erat eis prohi-
bitum Deutr. 7. (ait Lyranus)
quia talia sunt occasiones recedendi
à cultu divino. Cum maximo li-
berorum pariter seducendo-
rum detrimento; unde ulterius
pergit textus præcatus, idem-
que confirmat: Erunt vobis in vo-
pam, ac laqueum, & offendiculum,
scilicet transgressionis, uti Lyra-
nus exponit.

VIII. Eâdem ex causa agrè tulit
Deus, quod Rex Iuda Josaphat,
aliàs Deo devotus cum impio
& gentili Israelitarum Rege O-
chozia fœdus percussisset, ac in
bello subsidium miserit, atque
arma conjunxerit cum impio
Rege Achab. Unde illi impri-
mis per Prophetam insinuari
fecit. Quia habuisti fœdus cum O-

2 Paral.
20. v. 37.

2. Paral.
18. v. 1.

Exemplo
Josaphat.

chozia, percussit Dominus omnia o-
pera tua, contritæque sunt naves, &c.
non leviùs, imò graviùs deli-
quit Josaphat, eò quòd affinitate
coniunctus est Achab, nempe A-
thalia filiam Achab, dando u-
xorem filio suo Joram. Ut er-
go testatur Cornelius, hoc uni-
cum fuit peccatum Josaphat, quòd
societatem, & connubium miscuerit
cum impio Achab. Athalia enim fi-
lia Achab, idololatricam in Iudæam
invexit, adeoque occisis omnibus re-

gis filijs, seipsam Reginam effecit.
Quare meritò initam cum im-
pia Achabi domo amicitiam, &
affinitatem ipsi Josaphat expro-
bravit Jehu filius Hannani: Im-
pio præbes auxilium, & his, qui
oderunt Dominum, amicitia junge-
ris, & idcirco iram quidem Dei mere-
rebaris. Quidni iram Dei mere-
antur, qui hodieque ex Christia-
nis arcto fœdere Turcis & Sa-
racenis se sociare, & jungere
non erubescunt.

2. Paral.
19. v. 2.

Sunt quidem qui publicis
scriptis commendant modernorum
Principum nostrorum Ortho-
doxorum prudentem politi-
tiam, & boni publici promo-
vendi zelum, dum relicta priori
scrupulositate, & politica mo-
nastica (ut eorum verbis utar)
labentibus confœderati Belgi
rebus succurrere, alijsque pro-
testantium Principum armis se
conjungere non dedignati sunt,
sed qualem, erepti ex hostium
faucibus, confœderati status no-
bis compensationem rependant,
& in quale periculum totum
Imperium Romanum conjece-
rint, nostro, pro dolor, expe-
rimur damno. Licet in Domi-
no confidam, omnia demum in
melius convertenda, quia &
bona intentio, & bona opera in-
venta sunt in te.

Docemur
nostro
damno.

2. Par. 19.
v. 3.

Missus ad delendum Amalec
Saul, confidenter admonuit Ci-
naum: Abite, recedite, atque de-
scen-

1. Reg. 15. v. 6. scendite ab Amalec, ne forte involvam te cum eo. Sic & Moyfes præcepit populo, ut recederet à tabernaculis hominum impiorum, Chore scilicet, Dathan, & Abiron, Ne involvami in peccatis eorum, & simul in pœna eorum, qui hiante sub pedibus terra, vivi in infernum absorpti sunt. Meritò igitur, & paterna sollicitudine populum moneri præcepit Deus: Separamini de medio congregationis huius. Separamini, ne simul involvami in eorum interitu, separamini.

Num. 16. v. 26. Boni malos declinent,

Hugo Card. hic. Ne involvami cum eis.

Cornelius hic. Sic Noë cum domo sua separatur, alijs in diluvio submergendis (addit ex Augustino Hugo Card.) sic Lot cum suis ex Sodomis extrahitur ab Angelo, alijs igne, & sulphure perituris: sic filij Israël ab Egyptijs, marinis fluctibus obruendis. Sic isti modò à Synagoga Chore, terræ hiatu absorbenda. Quod idem iisdem pene verbis confirmat glossa ordinaria. Et concludit Cornelius: Vide, quam Deus vitari velit peccatorum consortia, quamque peccatum sit noxium, & contagiosum.

IX. Planè formidabilis Apostolorum Principis casus (dum ipse in atrio versans, & conversans cum satellitibus, & ancilla ostiaria, ad negandum Christum fuit inductus) satis nos erudit, quam periculosa sint malorum consortia. Commendatur quidem à S. Hieronymo

Casus Peccati nos instruat.

S. Hieron. epist. 6. ad Salvianum.

Nebridius, Augustorum condiscipulus, quòd licet inter aulicos, non mutaverit mores, ab aulâ tamen exiverit, ne mutaretur: nam juxta commune verbum: Exeat aulâ, qui volet esse pius. Unde aulicorum se societate abdicans, omne consortium cum Monachis, & Clericis postea habuit, ait Hieron: Quis enim fornacem regis Babylonij sine adustione ingressus est? cuius adolescentis, Ægyptia Domina, pallium non tenuit?

Quem diu non vici cupiditas

At dices; nihil hætenus mihi consortium malorum nocuit, non ignis Babylonius adustit. Noli nimium de superatis hætenus periculis præsumere, & intumescere, quem violenta frangere non potuit occasio, diuturna potuit aliquando domare societas, & malorum consuetudo. Præclare Isidorus: Ante ignem consistens, etiamsi ferreus sis, aliquando dissolveris. Proximus periculo, diu tutus non erit. sepe familiaritas implicavit, sepe peccandi occasionem dedit; sepe quod voluntas non potuit, assiduitas superavit. Et mox: Melius est habere malorum odium, quam consortium, sicut bona multa, habet communis vitæ sanctorum, sic plurima mala, societas affert malorum.

S. Ird. l. x. folio. que.

Relictâ igitur malorum societate, quæ ad mala pariter nos trahit, & ad æternam, à bonis, separationem, fulminante per

ju.

judicem sententiã condemna- candi, ad suam nos felicissimam
bitur, ad eorum transeamus so- societatem invitant a ter-
cietatem in terris, qui ad dex- nũm perfruendam in
teram, tanquam oves, collo- cœlis, Amen.



DISCURSUS XXXVIII.

Phe.

Facta est Jerusalem, quasi polluta menstruis
inter eos. Thren. I. v. 17.

DE ANIMA.

Anima per peccatum facte polluta, per pœni-
tentiam tamen recuperat pristinam pul-
chritudinem.

Thren. I.
v. 6.

DEplorat Propheta fa-
ctam Jerusalem, sci-
licet Ecclesiam, vel
animam (uti Hugo
exponit) quasi pollutam men-
struis inter eos, nempe hostes;
maximè autem anima per defi-
deria & opera tum carnalia,
tum sanguinaria (iuxta expo-
sitionem sancti Hieronymi)
inò per qualibet peccata mor-
talia polluitur, maculatur, &
sordidatur. De qua etiam su-
perius dictum fuerat: Et egressus
est à filia Sion omnis decore ejus, nam

anima malis moribus illecta perdidit
decorem, id est, virtutum ornamen-
tum, affirmat ordinaria. Est
enim anima virtutum decore,
& gratiã Dei ornata, sicut re-
gina pulcherrima, superans
omnem naturalem pulchritudi-
nem Angelorum, & omnium
creaturarum, per gratiam divi-
na facta consors naturæ. Hæc
autem pulchritudo ab anima e-
greditur, dum in peccatis, quasi
menstruata polluitur, quæ me-
ritò turpitudinem suam exe-
crata, ad Deum Creatorem su-
um.

Gl. ordi-
naria.
Anima
peccatrice
amittit
decorem.

R. Franc. Iosephi Op. IV.

S. s.

Thren. I. I. *Thren. I. I.*
 v. 11. *v. 11.*
 un gemendo, & supirando ex-
 clamat: *Vide Domine, & conside-*
ra, quoniam facta sum vilis. Quam
 ergo anima in peccatis polluta
 vilis sit, & dedecorata: per pœ-
 nitentiam tamen pristino resti-
 tuenda decori, & dignitati, bre-
 viter exponam.

II. *II.*
 Pfal. 44. *Pfal. 44.*
 v. 22. *v. 22.*
 Magnus & puritatis, & pul-
 chritudinis amator est Deus, de
 quo testatur Pfaltes regius; *con-*
cupiscet Rex decorem tuum, cui
 proinde obviam processuræ
 prudentes virgines ornaverant
 lampades suas. Non minus in
 conservando decore, & com-
 parando ornatu sollicitæ videntur
 esse virgines, & domicellæ
 nostræ modernæ, majorem diei
 partem in adornando capite, di-
 scriminandis capillis, adaptan-
 do mundo muliebri intentæ,
 omnes vultus sui maculas judi-
 ce, ac arbitro speculo exami-
 nantes; sed non hæc illa à divi-
 no sponso, & superno Rege
 desiderata species, & ornatus
 est, quo sepulchra dealbata, ple-
 na ossibus mortuorum ador-
 nantur, sed internam Deus qua-
 rit pulchritudinem, quam licet
 vili contestam sacco, concupi-
 scit. *Omnis gloria eius filie Regis ab*
intus. Intus in conscientia; in-
 tus in anima. Interna hac pul-
 chritudine (quam divini respi-
 ciunt oculi) per peccatum de-
 structâ, lepra peccati animam
 inficit, & maculat; nam sicut

lepra materialis exterius adha-
 ret cuti, & externis patet ocu-
 lis, ita e contra lepra peccati in-
 terius adhaeret menti, & fœdi-
 us maculat animam, quam le-
 pra materialis corpus; si ergo
 Israëlitis præcepit Deus, *ut e. ci. Num. 5.*
aut de castris omnem leprosum mul-
to magis de suo & sanctorum
suorum consortio Deus ejicit
animam peccatricem, tanquam
pollutam menstruis, & leprâ in-
ter eos. Appositè ad proposi-
 tum nostrum loquitur Doctor
 Seraphicus; *Leprosus.. peccato-*
rem significat, qui coram Deo, An-
gelis, & omnibus sanctis foetidior,
& abominabilior est omni leproso; &
idèd tanquam leprosus de consortio
sanctorum eycitur in die novissi-
mo.

Est lepra malum contagio-
 sum, & sufficiens causa facien-
 di divortij, & separandæ con-
 jugalis cohabitationis, ac tho-
 ri, donec à lepra penitus conjux
 fuerit liberatus, & purificatus.
 Sic & lepra peccati divortium
 facit inter Deum, & animam:
 huic enim meritò se unire per
 gratiam, & charitatem recusat
 Deus, quamdiu contagiosâ &
 fœtenti leprâ infecta est. Sed
 quonam remedio hæc fœtens
 lepra sanatur? pœnitentiæ fon-
 te ac calidis contritionis lacry-
 mis, *penitentia languores sanat,*
leprosos curat [affirmat ex S. Au-
 gustino Seraphicus] *pristinam*
 que

Peccator
Leprosus.S. Bonav.
serm. 2.
dom. 1.
Epiph.Lepra
causa di-
vortij.Sanatur
per pœni-
tentiam.S. Bonav.
ibidem.

Plal. 95. que animæ restituit pulchritudinem. Unde Psalmista: *Confessio & pulchritudo in conspectu eius.*

Ubi accuratè notat Augustinus; non dixit, *pulchritudo, & confessio, sed confessio, & pulchritudo; fœdus eras? confitere, ut sis pulcher;*

pr. us eligamus confessionem, & sequatur pulchritudo. Observat etiam Hugo Card. quòd Judith erat inæstimabilis pulchritudinis, sive [ut ipsius textus sacri verbis utar] *erat autem eleganti aspectu nimis, Judith autem interpretatur confessio; confessio enim, & pulchritudo in conspectu eius. Fœdus eras, confitere, ut sis pulcher.*

III. Magna solitudine & expensis solet vanum mulierum genus conquirere secreta remedia conservandæ formæ, eluendis maculis, & rugis; & olim quidem mulieres nitoris studiosissimas nitro uti solitas, asserit

Isidorus, & Athanasius, unde illud Jeremiæ: *Silaveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tuarum, dicit Dominus Deus.* Est Borith herba fullonum qua scilicet ipsi pannorum sordes abluunt, & purgant. Tanta autem animæ peccatricis est fœditas, & sordida deformitas, ut neque nitrum neque herba Borith illam reformare, & diluere valeat, unde aliud nitrum, & herbam fullonum inquirere

neesse est, abluendis iniquitatum nostrarum maculis & sordibus. Et quænam hæc? Nitrum nostrum, & herba fullonis pœnitentiæ. S. Hieron. est, respondet S. Hieronymus. hic.

Habebat etiam Synagoga suam nitrum, & herbam Borith, lustrationes scilicet legales, baptismata, & sacrificia, quæ tamen abluendis peccatorum maculis insufficientes erant: pœnitentia autem novi testamenti, Sacramento vel in re, vel in voto conjunctum, nitrum & herba fullonis efficacissima est, omnem abluens deformitatis maculam, & rugam abstergens vetustatis.

O quantam pecuniæ summam deformes quandoque numerarent vetulae, si egressum à se juventutis nitidæ, decorem renovare possent, & herba fullonum canos tingere capillos, & calvitium revestire. *Decalvare, & tondere super filios delictuarum, dilata calvitium tuum, sicut aquila.* Hæc verba etiam de conditione humana posse accipi, ex vetustis commentariis testatur Hieronymus. *O anima humana! ò urbs quondam sanctorum hic.*

mater, quæ prius eras in paradyso... & habebas spectosissimam comam, nunc quia projecta es de sublimibus, & deducta in Babylonem, & venisti in locum captivitatis, & perdidisti comam tuam. Sicuti olim tondentur mancipia. Per comam autem

Pulchritudo sequitur confessionem.

Judith, 3. v. 7.

Jerem. 2. v. 22.

Pœnitentia est nitrum, & herba fullonum.

S. Hieron. hic.

Anima peccatrix, decalvata.

Mich. 7. v. 16.

S. Hieron. hic.



Hugo in
dic. 16. v.
19.

autem & crines (quos nutrire solebant Nazarai) gratiam & dona spiritus sancti intelligit cum S. Ilidoro Hugo Card. quam perdit anima, dum in sinu Dalila sensualitatis recumbens obdormit, & rasa decalvatur.

Isa 3. v.
24.

Quodsi virgo summopere de abrasis capillis, & calvitio erubescit, & summa divina vindicta comminatio fuit, erga reprobas filias Sion: *Et erit pro sua vi odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine calvitium.*

Isa 22. v.
12.

Et iterum: *Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad calvitium, &c.*

Sicut a
quila pi-
los resu-
mat.

Multò magis coram Deo, & Angelis eius erubescet de calvitio anima humana, dum per peccatum crispante suo crine gratiarum, donorum, & virtutum privata, & denudata comparebit. Quid ergo de hoc ignominioso suo calvitio faciet anima? *Dilata calvitium tuum sicut aquila.* Aquila enim (teste S. Hieronymo) certo tempore amittit pilos, & remanet implumis, sed hoc calvitium, & senectutem calvam innovat, dum reliquis adhuc plumis ad solis radios se elevans, eius calore se accendit, & accensa, in fontem præceps volando, eius se aquis refrigerat & renovat: *Renovabitur, ut aquila, juvenis tua.* Sic anima per peccatum decalvata, sursum se ad solem divinæ iusti-

Psal. 102
v. 5.

stitiæ agens, divinæ charitatis se radijs accendat, ac pœnitentiæ aquis se refrigerans, renovet calvitium & senectutem suam. *Fœda eras? confitere, ut sis pulchra, & concupiscent Rex decorem tuum.*

Solent in matrimonium reges deponere filias non tam specie, quam generis profapia illustres. Est anima justa, non tam sponsa, quam Filia Dei: ipsius enim & genus sumus; à Deo igitur & speciem & nobilitatem anima hæreditans, merito digna Filij Dei habetur sponsa. Anima verò peccatrix, uti speciem, ita & Dei perdit filiationem, ut jam non amplius mereatur Deum vocare Patrem. Sed *Pater tuus Amorrhæus; mater tua Cethæa.* Quis ille Amorrhæus? respondet glossa moralis: *Peccato namque nascitur, qui peccatum mortale facit, & in hac generatione diabolus, pater est, qui dicitur Amorrhæus, id est amare loquens, ad peccati mortalis amaritudinem inducendo.* Unde taliter inductis dicitur: *vos ex patre diabolo estis.* Multum de præclara patrum profapia gloriantur mortales, solentque nobili loco, & parentibus nati, vilibus ortos natalibus superbo supercilio, & quasi ex altiori theatro despiciere, qui tamen peccatis mortalibus infecti & contaminati, majorem se ipsos despiciendi habent.

IV.

Anima peccatrix

Filia dei

Ezechielis v. 3.

Joan. 8. v. 44.

Ignominia summa, diabolus habere patrem.

habent causam, utpote turpissimum, abominabili, & abjectissimo patre nati.

S. Bonav. serm. 2. de nativ. S. Ioan. Bapt.

Optime insinuat Doctor Seraphicus: Ignominia certe est, si homo natus de parente turpissimo, id est, de cane, vel lupo, quanto magis de diabolo, infernali illo Cerbero, & infami lupo, dominicas oves infestante, toties enim diabolo nascitur (addit præfatus S. Doctor) quoties mortaliter peccat: vos ex patre diabolo estis.

Filij indiget sunt parentum.

Sunt plerumque filii speculorum parentum, horum enim & facies & mores in filiis, tanquam speculis representantur, nam sicut nascendo à parentibus trahunt similitudinem vultus, ita imitando eorum imbibunt mores. Anima peccatrix filia est diaboli, non quòd hic creando sit pater, sed illa imitando filia. Et hinc in filia diaboli, anima peccatrice, tanquam speculo diaboli, hujus canina invidia, & ira, lupina gulositas, & rapacitas representatur, ut vel ex ipsis actibus diabolicis in ea comparentibus, eam diaboli filiam agnoscere liceat. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.

V.

Lud. Bloisius in spec. spirit. c. 3.

Sicut autem in moribus, ita etiam in ipsa deformitate, turpissimum patrem diabolum representat peccatrix anima. Testatur quidem Ludov. Bloisius, quòd tanta est elegantia, & formo-

sitas an in a rationalis, quam peccatorum sordes non deturpant, ut situ eam clarius cernere posses, vix scires præ adm ratione, & gaudio ubinam esses. Nihil enim ad Angelorum pulchritudinem inexplicabilem propius accedit, quam anima rationalis, mediante gratiâ sanctificante, divinâ consors naturæ. Sed tolle ab anima gratiam, detonde capillos donorum, decalva eam virtutibus, peccatorum sordibus & fuligine obducito, & erit imago turpissimi demonis, nigroque simillima patri. Præcipitur autem animæ peccatrici (uti S. Aug. observat tract. 14 in Joann.) ut relinquat antiquum patrem, & dicatur ad eam: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui, id est diaboli, cujus, imitando, hætenus fuisti filia, & concupiscet Rex decorem tuum.

Sed quem decorem? non enim nisi turpia, & indecora omnia in anima peccatrice reperiuntur. Notandum hic quòd homo amando puellam, se ipsi copulando, venustior eam reddere non valet, Deus autem turpissimam, & peccatis obscuratam amando animam, gratiâ suâ, & amoris sui radijs decorare mirabiliter potest. V.

Id est quando nubem atram (quærit S. Antistes Valentinas) tur-

S s 3

b. dam,

Anima
ut. erit
ma
per pec-
catum af-
firmatur
diabolo.

S Aug:
tract. 14.
in Ioan.

Est sicut
atra nu-
bes.

S. Th. de
Vilano-
vi Conca-
de de. li.
cat.

b. idam, vlem vaporem à terra subla-
rum? quid illa deformius? infundi-
tur in ea solaris radius? quid ea pul-
chrius? quid illustrius? quid formo-
sius? sic omnino, sic & anima, cui
illabitur Deus. Quamdiu anima
Deo, & Dei gratiâ caret, in-
stat nubis atræ, & turbidæ, ob-
scura, & à ventis vanitatum
circumacta, nihil cœleste, &
æthereum, sed obscuram Tar-
tari scenam refert, deformis,
& infernalem spirans horro-
rem; at ubi se illi solaris divi-
næ gratiæ radius infundit, pulsus
mentis tenebris, profligatis ig-
norantiæ obscuritatibus, con-
sumptis vanitatum, & vitiorum
atris vaporibus, illultris, for-
mosa, & divinæ consors natu-
ræ, divinæ Iustitiæ splendorem
participat, *amicta lumine sicut ve-*
stimento.

Psal. 103.
v. 2.

VI.

Vestitur
lumine

Hugo
Card. hic.

S. Aug.
hic.

Sed quomodo lumine vesti-
ta est anima? per pœnitentiam,
& confessionem. Confessionem,
& decorem induisti; id est, illum, qui
se per confessionem lavat, & decorat,
tu intras in eum per gratiam, & fa-
cis, eum, quasi vestem tuam, expo-
nit Hugo. Et nota, quòd primò
dicit confessionem, & post addit deco-
rem (ait idem Expōitor) quia
confessio animam decorat. Quod
emphaticè confirmat S. Augu-
stinus: Anima decorata esse non potest,
nisi confessa fuerit scditatem: tunc
audiet; quæ est ista quæ ascendit de-
albata, id est, illuminata? fuisstis e-

nim aliquando tenebræ, nunc autem
lux in Domino. Dicitur ergo de te; Ephes. 6.
quæ est ista, quæ ascendit dealbata, 5. v. 1.
tam pulchra; tam luminosa, tam si-
ne macula, & ruga? nonne ista, quæ
immunda erat in omni cupiditate,
disiderioque carnali? nonne ista, quæ
iacebat in cœno iniquitatum? in
hanc ergo per gratiam intravit
Deus, & fecit eam quasi vestem
suam, amictam lumine sicut ve-
stimento.

Si persona nobilis & deco-
ra, splendidam, auro & argen-
to intextam induat vestem, ista
ab omni macula & scissura im-
munem conservare studet, sic-
que non tam persona à veste
decorem, quàm vestimentum
à persona dignitatem, formam,
& conservationem accipit: ve-
stimenta enim sine persona,
sunt sicut exuvia mortui ani-
malis, at homo licet venustus,
sine vestimenti decore, pecus
apparet excoriatum. Sic ani-
ma quantumvis in creatione sua
nobilis, & ad imaginem Dei
facta, tamen Deo suo vacua,
cadaver apparet excoriatum ani-
malis. quare induat oportet ve-
stem gratiæ, amicta lumine, si-
cut vestimento. Quin inò in-
trat in animam Deus per graci-
am, & facit eam vestem suam.
Hac veste quasi gloriatur Deus,
illamque sine maculâ conserva-
tam, toti aula cœlesti ostentat,
quod si vero anima; vestis Dei
sui

Per pœni-
tentiam,
& grati-
am.

Vestis de-
decorum
per personam.

Et per se-
na vesti-

Dem-
trahit in
animam.

sui esse recuset, eumque à se expellat, in illam intrat infernalis spiritus, niger iste tartareus Carbonarius cum veste hac per omnes fuliginosos officinarum suarum angulos circumvolvitur, cum hac veste in cœno instar porci volutatur; unde vestis hæc, sponsi cœlestis, nuptialis, polluta maculis, lacerata vitijs, infecta fœtoribus, adusta concupiscentijs, denigrata infamiae carbonibus, facta est vilis, dum egressa est ab ea omnis decor eius: fœtorum, & deformitatem induisti, amictus turpitudine sicut vestimento, dum vestimentum factus es diaboli, donec eum per confessionem rursus expellas.

VII. Videtur tamen loco præcitato Hugo Card. innuere, quod nos per gratiam non tam sumus vestimentum Christi, quàm Christus vestimentum nostrum, dum illud Apostoli allegat: *quicumque baptizati estis, Christum induistis.* Anima enim iusta induit quasi Christum, dum ejus induit virtutes; Christum induistis, id est, conformes ei facti estis, quod est nobis honor, & contra æstus protectio, glossatur ordinaria: *quod autem Christus indumentum sit, alibi Apostolus aperit, dicens: induimini Dominum nostrum Iesum Christum.* Fideles, qui taliter Christum induunt, & ejus conformantur virtutibus, hac veste candida &

immaculata verè Christum representant, verèque Christiani merentur vocari; & sicut unus, alterius indutus veste, ipsius similitudinem subinde perfectè representat, & vix ab isto discernatur primo aspectu, sic Christianus Christum indutus, alterum mundo referre Christum videtur.

Econtra homo, qui Christum, ejusque vitam & virtutes eximit, vitia autem, & mores demonum induit, t. lis ipsum induisse dæmonem procul dubio censendus est, conformis ei factus, quod utique magna est ignominia nota. Circuit ergo peccator in hoc mundi theatro, tanquam personatus diabolus, personam ejus, & gestus representans, fulgurant oculi, spumant ora, strident dentes, venenum blasphemiarum, & obtrectationum spirat lingua, cædes minantur manus, currunt pedes, ad effundendum sanguinem, jecur exeditur invidia, cor ardet concupiscentijs, fœtore, cœno, & infernalibus circumvolvitur carbonibus. Quid aliud anima hæc diabolum induta, quàm spiritum infernalem representat, quem incarnatum diabolum meritò plus horrent homines, quàm ipsos dæmones infernales, saltem signo sanctæ Crucis facile fugandos. O anima peccatrix, polluta

Item diabolus

Tanquam vestem in cœno volutatur

Galat. c. 3. v. 27.

Rom. 13. v. 14.

Iusti induunt Christum.

Iniusti d. abo. l. m.

Eum modis re. presentans

luta menstruis & facta vilis, quò tandem delapsa es? quò demum tua te traxit infamia? ut ab imagine Dei, ad similitudinem demonum devoluta, exueris Christum, induta diabolo sicut vestimento, conformis ipsi facta per malitiam!

VIII.

Damone inflexibilis.

In uno tamen principaliter à damone discrepat peccatrix anima, quod ille in malo sit inflexibilis, anima verò adhuc flexibilis, & convertibilis. De Angelo speciosissimo factus est Lucifer, demon horribilis, non autem ex damone amplius evadere potest Angelus amabilis, & formosus, cum penitus à divina miseratione rejectus, & abiectus, omnique gratiæ auxilio destitutus, in malo omnino sit obstinatus, & inflexibilis, neque à Deo ad pœnitentiam vocetur, indignus venià, qui ex mero elationis spiritu contra Deum insurgens, nullo seductus tentatore, sed propriâ tantum stimulante malitiâ peccavit. Sed quoniam homo, vas luteum, & fragilissimam, sibi met ipsi gravis, varijs obruitur passionibus, & innatâ intricatus cæcitate, à potentissimis insuper oppugnatur hostibus, hinc est, quod ei viam ad veniam, & pœnitentiam non tantum non interclusit Deus, sed etiam illum affectuosissimè ad pœnitenti-

Homo convertibilis.

Ob fragilitatem, & tentationem.

am, & veniam vocat, & allicit, licet in peccatis turpissimè fuerit pollutus.

Clamat Deus post animam peccatricem per Jeremiam prophetam. *Frons mulieris peccatricis facta est tibi; noluit erubescere, Amorrhæum diabolum scilicet, habere sponsum, & patrem tuum; Ergo saltem amodo voca me pater meus, Dux virginatis meæ tu es.* Quis sponsam apostatricem sponsam suam, quis pater immorigerum, & fugitivum filiû tam affectuosè vocat? *Quandò ergo Deus est clementior, (infert S. Hieronymus) qui salutem viam post fornicationem ostendit, tantò miserior peccator, qui post tot, & tanta vulnera non vult recipere sanitatem, quam tamen ita benigne offert medicus.*

Quòd Apostata Angelus ad Deum suum non revertatur, mirum non est, cum illum Deus nec vocet, nec medicinam gratiæ sanatiæ conferat, unde concludit Seraphicus, maiorem esse peccatoris obstinati, quam demonis perversionem, & malitiam. Nam ille *perstat in malitiâ Deo reprobante, ego curro à Deo, misericorditer revocante; ille contra non requirentem se, ego contra morientem pro me.* Si ergo non vis damone obstinator haberi, convertere ad Dominum Deum tuum, *ergo saltem voca me, pater meus, dux virginatis meæ tu es.*

Sed

IX.

Sed quomodo ducem virginitatis suae anima vocare Deum potest, quae toties in peccatis polluta, frontem mulieris meretricis contraxit? si meretrix, quomodo ducem, & custodem virginitatis invocat Deum? nempe, homo cum uxorem accipit, de virgine facit mulierem, hoc est non virginem; Deus meretricibus copulatus, eas mutat in virgines, uti testatur Hieronymus.

S. Hieron. in Oseea 2.

Quomodo Deus meretrix virgines facit.

Sed hinc nova rursus exurgit difficultas, quomodo virginitatis irreparabile damnum, reparare Deus possit? non enim esse potest, ut eadem, quae semel corrupta est, simul non corrupta, possit esse.

Virginitas anima & corporis.

Pro dubio hoc resolvendo, supponendum est ex S. Augustino, duplicem esse virginitatem, corporis scilicet & animae. Puritas & virginitas animae per poenitentiam reparari omnino potest, & in hoc sensu, Deus meretricibus copulatus, eas rursus virgines facit. Virginitas autem corporis corrupta, reparari amplius non potest, ita tamen per poenitentiam suppleri, ut (teste S. Gregorio) *plerumque gratior sit Deo, servens post culpam vitam, quam securitate torpens innocentia.* Est enim virginitas corporis instar vasis splendidi quidam, sed Crystallini, & vitrei, P. Franc. Iosephi Op. IV.

S. Greg. apud Cornel. in Basilic. c. 4. v. 28.

Virginitas vitrea,

quod semel ruptum, & corruptum redintegrari non valet, licet rupti vasis fragmenta ardenti fornaci injecta, & violento ignis ardore liquefacta, in novum & priore splendidius vas constari possint. Sic rupta etiam, & corrupta virginitas animae, in ardenti poenitentiae fornace conflata in purum & splendidissimum electionis vas evadere potest, uti in poenitente Magdalena apparuit, de qua

Rupta, irreparabilis.

S. August.

Augustinus: *dum Magdalena retro agnum stat, virginum locum occupat; ea enim poenitentiae vis est, ut cum virginibus locum teneat.*

Poenitentiam cum virginibus locum habet.


Quae cum ita sint, o anima peccatrix, vitijs polluta, & corrupta, voca Deum ducem virginitatis tuae, & frontem meretricis depone; & quae Amorrhæum, daemonem, habuisti patrem, Deum tuum Patrem invoca: *Ergo saltem amodo voca me, Pater meus tu es.* Saltem amodo, quasi diceret (uti Hugo observat) *aris peccasti, modo quiesce.* Exue daemonem, & indue Christum, & eris amicta lumine sicut vestimento: *obliviscere populum tuum, & domum patris tui diaboli, & concupiscet rex speciem tuam, in ejus ergo occursum te adorna, lava te nitro, & herbam fullonis poenitentiae, lavamini, mundi estote o virgines squalidae.* Or-

Hugo Card. hic,

T t

nare

Thren. 2. 9. 12. nare sicut sponsa, Jerusalem, anima sedes Dei, & eris urbs perfecta decoris, & gaudium universae terrae, & anima; Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum, Amen.



DISCURSVS XXXIX.

Sade.

Justus es Domine, quia os ejus ad iracundiam provocavi. *Thr. 1. v. 18.*

DE ECCLESIA.

Os Domini (Prædicatores, veritatem annuntiantes) mundus persequitur.

OMnibus quidem animalibus Deus os dedit, per quod non solum cibum, & alimentum sumere, sed etiam vocem qualem qualem edere possent, exceptis piscibus, qui muti omnino in aquarum abyssis profundantur. Homini verò non tantum os ad comedendum, & incultâ voce clamandum, sed etiam ad, voce articulatâ, loquendum dedit, quo unus alteri non tantum animi sui sensa aperire, sed etiam sanas doctrinas, & salutaria monita communicare valeret. Quod ergo est os in corpore humano, hoc sunt Prædicatores in corpore mystico Ecclesie; unde illud Jeremias: *si separaveris preciosum à sereno. 17. vili, id est (ait Lyranus) Animas v. 19. pretioso Christi sanguine redemptas à vilitate peccati per tuam doctrinam, vel (ut Hugo loquitur) per prædicationem, quasi os meum eris, quia in te, vel per te loquor, & secreta mea revelo, quod magnum est, ait idem Expolitor.*

Solus homo, os habet ad loquendum

Os Domini, sunt prædicatores.

Gemens igitur fatetur Jerusalem, & Synagoga afflicta, quod justo Dei judicio tam acerbis